Leiden, Voss. Lat. fol. 48, 1r A — ca. 8–9 Jahrh. — 7.12

O.Ž. Ž.: Tardius uindicet. facile ignoscat. malit uitiis quam militibus imperare .... do quam hominibus placere. Cuncta non propter ardorem inanis glorię. sed propter amorem agere. felicitatis eternę. (Konkl. T.). Eripiat pauperem. et egenum de manu potentioris liberet. Opprimat neminem ipse iniuste. oppressos pro uiribus contendat liberare.

(Reg. d. Hauptt.)

CŪ POTENTŪ · ALIQUIS AD PENITENTIĀ ACCEDIT DE QUO IGNORATUR UTRŪ CORDE AN TANTŪ UT ASSOLET HOC AGAT HUMILITATIS · HEC ORATIO SUPER EŪ PTEATU POST PSALMOS ET LETANIĀ FUNDATUR.

Domine deus creator hominum. redemptor. amator atque saluator. qui neminem uis perire sed omnes saluos fieri et ad agnitionem ueritatis que tu es peruenire. qui ut demonstrares non ob aliud te de celis descendisse et in carne quam pro nobis assumpseras sputa flagella. colaphos. irrisiones. ipsumque uniuersis poenis crudelius crucis patibulum sustinuisse. nisi ut peccatores morte tua ad uitam reduceres. sepius cum publicanis et peccatoribus discubuisti. et a peccatrice muliere tangi ungui atque lauari non horruisti. mellifluo pietatis tuę uoce clamans. non ueni uocare iustos sed peccatores ad penitentiam. maiusque gaudium esse dixisti super uno peccatore. tamen penitentiam agente quam supra nonaginta nouem iustos non indigentes poenitentia. ne uero hac securitate torpescerent. et ad uitę uias citius redire differrent. uelut qui spatium uitę atque penitendi a te sibi collatum haberent. alio euangelii loco dixisti. uigilate. quia nescitis diem neque horam. exemplo cautelę aliquod perditionem eorum qui in sodomis et diluuio perierunt ////// proponens. ut peccatores. non peccata. poenitentiam te amare doceres. non scelera. Nam et hos quadragesima sanctos dies te scē scorum atque sine peccato solus ileo ieiunando sanctificasti sanctificatosque nobis prodidisti ut in his totius anni delicta deplorantes purificati (3ę ?) poenitentię. orationibus. elemosinis. uigiliis ceterisque pietatis operibus per apostolum tuum nobis promulgatis. lacrimis ad celebrandum pascha sanctissimum tuum dignis labiis et mundo corde sumendum accedere possemus. et corpus et sanguinem Nisi enim illud sumimus mors nobis est. ita enim dixisti. Nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis. si autem indigne sumimus iudicium dampnationis nobis heu dolor exaggeramus. Ita quippe tuo spiritu repletus dicit apostolus. Qui manducat indignus et bibit corpus et sanguinem domini indigne. iudicium sibi manducat et bibit. Te per illud sanctum et ineffabile nomen tuum quod cum patre et spu sco possides in eternum solus. domine supplices deprecamur ut hunc famulum tuum ad poenitentię remedia confugientem. dextera manu misericordię benignus recipias. inspirans cordi illius. ut quod corpore pretendit. corde potius agat. Tu enim nosti qua mente te quisque requirat. qua deuotione ad te confugiat. Subest autem tibi cum uolueris posse et mentem uniuscuiusque ad quos uolueris afferre